


1788.

1. Ackermann, Jacob Fidelis: De discrimine sexuum
propter genitilia
2. Barth, Carolus: De probatione per numerum
laicorum in sacris
3. Hagen, Iodorusius Pictorius: De variatione
protestantium circa doctrinam de justificatione
4. Hamberg, Joseph: De arthritide.
5. Hersheimer, Henricus: De pactis gentilium
fanaticorum Musulmanum atque protestantium Germano-
rum, ex rationibus autonomie carunden-
tiam, proratae, strictim aliquae omnes
dijudicandis
6. Linden, Hugo Heindas Ignatius de: Electorum
magistrorum iuris et merita circa vindica-
tiones ecclesiae Germanicae libertates.
7. Reider, Elias Adams, de: Defensiones capitu-
lorum ecclesiastum Metropoliticorum et cathedrali-
um in Germania sede vacante

1788

8. Rask, Iohann Richard: Ist ein deutscher Landes
herr berechtigt einen standigen öffentlichen Notar
mit fest gesetzlichen Facultyen, auch wider Willen
des einzuhaltenden Bischofs, in seine Reichtslande
aufzunehmen?

9. Syller, Georgius: Selectas quaedam questionis
num juris corporis Moguntinae hanc



II.
DISSERTATIO^{2.}
INAUGURALIS MEDICA
DE 1788.
ARTHRITE.

QUAM
CONSENSU ORDINIS MEDICORUM
MOGUNTINORUM

PRO
OBTINENDIS SUMMIS IN MEDICINA
HONORIBUS
DIE . MAI MDCCCLXXXVIII.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBJECIT
A U . H O R
JOSEPHUS HAMBURG,
JUDAeus, MOGONUS.

M O G U N T I A E ,
Ex Typograph. Elect. Aul. Acad. privil. apud
JOAN. JOS. ALEF, Hered. HAEFFNER.

S. D. 1780
LITERATURS MEDIOC

LIBRARY

COMPTAMEN ORDINIS MEDICOCHORUM
LIBRARIA
HAMBURG

ALTE FRIEDRICH
SOCIETAS HAMBURG
1780

M. G. G. A. T. P.
1780

EMINENTISSIMO
AC
CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO
CAROLO
JOSEPHO
S. SEDIS MOGUNTINAE
ARCHIEPISCOPO
S. R. I. PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO
ET
PRINCIPI ELECTORI
UT ET
EPISCOPO AC PRINCIPI
WORMATIENSI
DOMINO SUO CLEMENTISSIMO

OMNIA IN LIBRIS

ET SCRIPSIT

DE FABRICIS

MINUTI AC DOMINIO

DOMINO

DOMINIO

PL

D

J

du

rur

T

cra

fen

ren

lit

EMINENTISSIME
AC
CELSISSIME
PRINCEPS ELECTOR
DOMINE CLEMENTISSIME.

Sic deft tandem felix illa, ac
dudum exoptata dies, qua labo-
rum primitias, opus exiguum,
TVO immortali Nomi*ni* confe-
crare, TVIS sub auspiciis de-
fendere licet. Iniquus Jane fo-
rem, debitaque Tibi pietatis ob-
litus, Clementissime Do-

MINERVIAE

OC

GRISIBELLE

SECRETARIA

GRANATISSIMA

mine! si unicam, quam nactus
sum occasionem, TIBI publice
eos referendi grates; incautius
praetermitterem.

Modestiam TVAM, rever
reor, ut offendorem; si TVA
PLVRIMA in Rempubli
cam commoda, etiam si modeste;

enarrarem. Noscit Patria
noſtra, qui ſis, noſcunt et exē-
teri: Benevolentiam TVAM
experiuntur potifimum ii; quibus
nec Pater, nec res eft; TVA
praeclare geſta alii depraedicant,
quibus doctior, quibus nitidior
calamus eft.

M
tenu
T
tat
qua
obj
tud
huc

Illud unice dicere liceat, quod
TVO AVSTICIO, TVO
FAVORE medica studia hic
eolui, TVIS suffultus gratiis,
hunc dignitatis locum hic confendo.

Supereft, ut TE, EM-
NETISSIME DO-

*MINE! supplex exorem, ut
tenues hasce NOMINE
TVO non fatis dignas Disfer-
tationis pagellas accipias, tan-
quam perpetuum meae demissionis,
obervantiae, pietatis, ac grati-
tudinis monumentum, illud ad-
huc regans, ut protegere gratia*

*TVA, potentique, ut folis;
præsidio ulterius fovere non de-
digneris.*

TIBI
EMINENTISSIME ELECTORI

*SERVUS DEMISSIMUS
JOSEPHUS HAMBURG.*

PRAEFATTO.

L. B.

Pro more academico, ut unusquisque, qui gradum Doctoris, et Praerogativam assequi vult, specimen scientiae suae typis palam redat, prout quisque scribens utile, et pulchrum suum putabat; inter tam multa (nescio, quo casu) inci-

di

di in arthritidem; prima statim fronte materies hac mihi adrisit.

Est autem arthritis morbus; qui originem dicit a privata quadam materia; magna est differentia, podagram interet arthritidem, ejus larva medicum valde fallere potest, nisi sit medicus exercitatus, et signa minima distinctiva bene cognita habeat. Rhododendron chrysanthum merito specificum remedium nominari potest; si ejus usus non abutatur.

Non

Non solum pathologice rem
agitavi, sed simul de diversis me-
dendi methodis aliquid locutus sum,
in quibus, et quo jure de vulgari
opinione deflexerim, judicent ac-
qui; plura adhuc utilia, et pulchra
phoenomena potuisse proferre de
effectu rhododendri chrysanthi, si
ea, quae ill. *Strak* venerandus
meus praceptor partim in se ipso,
partim in multis aliis aegris expertus,
in usus meos adhibere licuisset; spe-
ro autem, fore ut imposterum typis
reddat.

Quod

Quod de sententiis hucusque
in scholis receptis non mentionem
fecerim; parcatis velim; vivimus
aevum; quo libere possunt expe&to-
rari omnia; saltem errando utilis
esse possum.

FAVE ET VALE.

DE



DE
ARTHRITIDE
IN GENERE.

§. I.

Gravis, frequensque praesertim nostris temporibus est morbus; qui dicitur arthritus; ab aliis Defluxio (Gallenfluss) dicitur, propterea quod saepe hoc in morbo flavus vel subicteritus color faciei, et alia symptomata biliosa adesse dicuntur; apud nos germanice (Gicht) nominatur.

Est autem arthritis vehemens dolor tenuis dilacerans circa articulos a privato quodam humore in hos deposito, certis temporibus in primis vere, et autumno revertens. Initium quidem facile est, pededentim au-

A tem

tem sic increcit ut propter magnum dolorem valde fatigati, et lassi sunt; faciem pallidam subflavamque accipient, appetitum deletum, nauseam, interdum etiam vomitus cum Cardialgia progrediuntur; somno non reficiuntur post optimum somnum magis fatigati sunt; interdum etiam animi deliquis vexantur, nullus sudor neque rubedo in parte affecta est, et ille; si aliquando erumpit; cutim urit sparsis veluti super eam igneis cineribus; pulsus parvus debilis, non vero febrilis est; licet subin ob dolorem intermittit; urina pauca molleculis innotantibus abit. Hippocrates ^{a)} jam dixit; quibus cum urina crassa carunculae prodeunt capillamentorum speciem referentes, eas a renibus, et morbo articulari laborantibus provenire noſſe convenit; dolor modo in uno loco fixus est; modo ex uno transit in alterum articulum; illosque; quos dimittit, in topbos attollit.

§. II.

^{a)} Edit. foef. lect. 3. p. 230.

§. II.

Prout autem dolor ille omnes vel singulos articulos prehendit; sub vario nomine venit, et diversimodi dividebant; sic quando dolor in uno loco est, fixam: si ex uno articulo migrat in alterum vagam; quando dolor in nervo Ichiatrico malum *Ichiatricum* nominabant. — Ulterius prout erroribus in sex rerum non naturalium administratione contracta vel a parentibus communicata fuit; in *acquisitam*; et *haereditariam* distinguunt, alii in acutam et frigidam dividebant, numquam vero acuta semper frigida est, i. e. sine febre. In praxi ad incipientis, et inveteratae differentiam probe attendendum esse Hoffmannus b) jubet.

§. III.

Enarratis symptomatibus ad causas ejus determinandas nos accingemus; quod ejus causam

b) Fundam. patholog. specialis. §. II. p. 321.

causam proximam attinet; illa in vitiosa seri Dyscrasia; humorem illum acrem, (§ L) qui spasticas illas agitationes in articulis producit; totaque in machina humana motus irregulares creat; praebente; quaerenda est, est enim arthritis uti plures alii morbi saepe autumno et vere epidemicus; epidemicus autem morbi; qui non a mutata constitutione corporis per tempestatem mutantur sunt; a privata quadam materia oriuntur; deinde quando materia illa ad aliud locum secessit; ibique fixa permanet; tunc morbum producit; qui per totum subinde annum; imo ulterius contra omnia medicamenta rebellis incurabilis remanet; donec locum suum deserit, vel medicus ex praecedentibus cognoscat, quod proveniat a materia arthritica ibi deposita. Cujus vero indolis ille humor, an sanguineus, aut biliosae seu acidae naturae, aut pituita bile commixta sit, et quidquid adhuc plus de ejus ortu veteres somniarunt, examini hic subjicere; operac pretium non erit. Quoad remotas notandum, eas partim corpus ad morbum

feri
I.)
pro-
otus
est,
fae-
ide-
con-
uta-
orini
ad
rma-
cum
nnis
anet,
s ex
at a
vero
bi-
bile
s de
hic
ioad
s ad
bum

morbum hunc contrahendum disponere, et
ut feminia in illo latere partim rebus extra
corpus positis ortum suum debere, de utris-
que valet, illas vel materiam generare vel
viscera ad articulos debilitare vel paroxysmo
revertendo humore exagitando favere, mul-
tae vero illarum una vel altera vel pluribus
qualitatibus memoratis conjunctim gaudeant,
de his in sequentibus, nunc a feminis.

§. IV.

Seminia a Gaubio 1) in naturalia sive
omnibus communia, 2) multis propria et
haec in a) aetatis, b) sexus feminia 3)
Praeternaturalia distinguuntur juxta hanc
normam illa morbi nostri examinabimus.
Quid ad omnibus communia spectat; qui-
cunque causas occasionales saepius admitten-
do, praeprimis, si corpus imbecille alit, se-
ad hunc morbum praedispositum reddere po-
terit, circa feminia aetatis, illa subjecta,
Quae aetate virili, et ab hac declinante fruun-
tur, morbo nostro obnoxia sunt, aetas au-
tem

tem infantilis, et puerilis raro eo affligitur,
nisi haereditas vel a patre aut a matre eam
disposuit. Hippocrates c) hoc innuit, dum
puer inquit, raro tentatur podagra, ante
usum veneris, virilis, et senilis dispositio
facilis explicatu est, in virili magis; quam
in juventute causae occasionales v. g. animi
pathemata, ira, curae, bacchus, venusque
admittuntur; et corpus ad somitem con-
tractum in articulos pellendum sufficiente
robore pollet, in senili traspiratio ob cutem
callosam laesa humorum acriorum collectioni;
hincque morbo nostro favet. Quoad semi-
nia sexus, virilis magis quam muliebris eo
tentatur; hanc Hippocrates d) et Celsius e)
pro immuni habuere, nisi menses deficiant.
Viragines huic obstrictas esse Home f) sta-
tuit. Plurimi quidem his asseriunt autho-

res:

c) Aphorism. 29.

d) Aphorism. 38.

e) de re. med. lib. IV. cap. 24, p. m, 8f.

f) lib. cit. p. 168.

res: hodiernis autem temporibus mulieres
fluxu menstruo adhuc gaudentes, arthritide
laborare ex quotidiana constat experientia.
Eunuchi etiam ab Hippocrate g) pro liberis
consentur; sed cum extra liberalius liquoris
seminalis dispendium aliae adhuc causae ar-
thritidis prostant, etiam hos illa laborare
posse; plusquam verosimile est. Galenus
jam Hippocratem hic falsi quid proposuisse
contendit. Ad seminia praeternaturalia, vi-
scerum malam structuram, articulorum om-
niumque partium solidarum imbecillitatem
a parentibus haereditate contractus, recte
referre possumus; non peculiare semen, uti
nonnulli somniarunt, sed sola in infirmitate
sita dispositio tales homines ad arthritidem
contrahendam aptiores reddit ac alias homi-
nes; humores enim acres, et lentescentes,
quomodo a solidis depravatis in fluida male
agentibus procurari possunt, sat luculenter
patet.

S. V.

g) de signis, et caus. morb. longor. lib. 7. cap. 2.

§. V.

Cause vero occasioales omnes ex vi-
tis in sex rerum non naturalium administra-
tione commissis eruuntur; quas ex ordine
examinabimus. Quantum aeris vicissitudi-
nes in primis humido frigidus ad morbum
hunc gignendum faciat, ex ejus proclivitate
verno autumnalique tempore revertendi pa-
tet; cum aer his anni temporibus sic consti-
tutus esse soleat, ut transpirationem suppri-
mat. Quoad cibum potumque, omnium
asiliens et experientia teste evictum est, ci-
bos dyspeptos opiparos quantitate et qualiti-
tate peccantes, victum lautum plenum, vina
pomata, liquores spirituosos, et cerevisiam
acidulam morbo huic ansam praebere. Ex-
cessus in quiete motuque etiam somitem sub-
administrat, sic otium, et nimiae corporis
agitationes, v. g. saltatio pergraecatio, ve-
natio supra rectum terminum extensa, to-
tam corporis structuram praeprimis articulos
debilitando, januam arthritidi apertam pra-
bent. Somnus, et vigiliae in modo exce-
dentes

dentes utraque tum ad corpus infirmandum tum ad humores crudos gignendos concur- runt; hinc morbo nostro patrocinantur. Regularum circa excreta, et retenta a Dia- teticis praescriptarum mali observationi in morbo nostro excitando non minima pars adscribenda est. Prae aliis vitia circa transpi- rationis custodium commissa consuetarum ar- tificialium sanguinis ventilationum omisso, mensum, et haemorrhoidum fluxus turbu- tus vel cessans in horum numerum veniunt, liquoris seminalis nimiam profusionem; et iam ad arthritidem accendendam efficacis- sima esse omnes consentiunt. Restat nunc, ut pauca adhuc de animi affectibus adjicia- mus; primum locum ira, moeror diuturnus, et curae obtinent. Quod tristia animi pa- themata, ira praecipue machinam humanam infirmam reddant, et ira largiorem bilis in Intestinorum canalem effusionem, pravum chylum humoresque igitur impuros, produ- cat, demonstratione haud indiget.

§. VI.

§. VI.

Cum ex praecedentibus Diagnosis pateat de signis ejus Diagnosticis hic supersedemus, hoc tantum addentes, quod, in subjectis, aliquando arthritide laboratis; praesertim arthritide vaga; si dolor in quadam corporis parte iterum reviviscat, hunc illi fonti adscribere; et morbum imminere concludi queamus; arthritide autem prima vice in scena prodeunte, praecipue si dolor in aliqua parte prima vice fixus est; non statim Diagnosin infallibilem formare possumus; quia aegri et medici saepius aliis rebus culpam inferunt, id quod Areteus, jam conquestus, doloris inquiens, causam non legitimam asserunt; nullus etiam intestinam et domesticam causam explicabit. Multum igitur interest, signa etiamsi minima habere; quibus simul summis suspicari possumus; morbum instantem esse a materia arthritica.

§. VII.

S. VII.

Liceat autem singula signa ex opere
praefantissimo ill. Strakii h) venerandi mei
praeceptoris desumpta hic adducere, quae
maxime talia sunt; si cum praesentis morbi
causa, nulla alia comparari potest; quando;
siquidem vehemens dolor urgeat; nulla ta-
men neque inflammationis, neque febris signa
adsum, contra vero pulsus parvus, et len-
tus, vel frequens maneat, si cutis color fla-
vus, oliveus sit; si oculi cavi sunt, aut plum-
beus limbus circa eosdem sit, si aeger dolo-
res obtusos olim juxta articulos habuit, aut
si non habuit, tamen post exiguum etiam la-
borem corpus magis quam par est, lassum et
fatigatum sit, indeque spiritum veluti asthmati-
cus cum labore trahat. Si magis post,
quam ante somnum lassus est, si sudor (si
quidem erumpit) cutem urit sparsis velut
super eam igneis cineribus. Si absque ma-
nifesta

h) Observation. medicinal. de colica pictonum. cap.
4to Francofurti et Lipsiae.

nifesta ratione papulis miliaribus rubris cutis
referta est; si in facie, maximeque frontis
cute erronea titillatio est, uti a lanae flocco
extremove pilo, aut telae aranearum fila-
mento, vel musculae levi cursu, vexat, ob-
quam falsus aeger manum inutiliter admovi-
ens nihil carpit, si interdum etiam tenui
cum urina stranguria ursit, si que id; quod
aeger difficulter minxit, subalbicans veluti
serum lactis male confictum exit, et sedi-
mentum album laeve et pingue uti raspa-
tum sevum per floccos dimittit; indicium est,
dolorem praesentem provenire ab arthritica
materia.

§. VIII.

Quamvis vero dolor arthriticorum simili-
lis videatur illi; quo podagri vexitur,
magna tamen differentia est ambos inter mor-
bos; in podagra semper adeat tumor cum
rubidine, et dolore intra peroxismum; tu-
mor autem in arthritide coloris expers est;
uterque morbus contagiosus est; arthritis au-
tem saepe tempore autumnali, et vernali
epide-

epidemicus est, non vero podagra, tophi, et nodi podagricorum; si exulrantur; effundunt materiam quandam albam calcaceam; odorisque expertem cum Ichore; arthriticorum vero ulcera, nigrum; siquidem ejiciant, materiam emitunt; quae odorem spargit veluti putridum ovi vitellum, et imposita emplastra, linteumque carptum colore nigro induunt; absque ossium carie i).

§. IX.

Arthritis; quamvis ad morbos tum cito necantes non sit referenda; attamen inter eos; qui saepissime curationi difficuler cedunt; imo plenariam subinde medelam respidunt locum primariam obtinet, et saepe ratio humjus in aegrorum melioris vitae rationis detractione versatur, in subjectis junioribus facilius; quam in senibus curam admitit; et juvenes, qui luxuriosa vita morbum contraxere non ad summam pervehentur secundum,

;) obseruat. med. de colica picton. pag. 81.

nectutem, cum morbus e contrario in senibus primum apparet recte pro medicina haberi possit. Humores enim crudi in corpore collecti; ad articulos si propelluntur, aliis morbis fomes absconditur, et viscera nobiliora libera relinquuntur. Hereditaria, etiam si difficilior curatu; pro incurabili tamen non habenda; modo diaeta, regiminisque exactissima cura habeatur, et medicus praeter alias indicationes, solidis praecipue robur restaurandum curet. — Quando ligamenta ab hac materia jam destructa sunt, medicus omnem perdet operam, et palliative tantum morbi vires infringere tentet. Quando vero morbus nondum altiores egit radices, et lophi adhuc moliores existunt; hi subinde resolutionem admittunt. Inter omnes arthritidis species malum Ichiaticum acerrime affigit, sedem non solum in coxendicis articulo, sed altius etiam ad summas nates ubi nervi Ichiatici exgreduuntur, sitit; et stragem suam per nates; coxendicemque edit, et aliquando per suras ad extremum usque pedem descendit. De omnibus speciebus

ciebus in genere notandum, morbum eo breviorem fieri; quo magis pars doleat, et febris aliqua si subsequatur; per febrim enim vires naturae magis incitantur ad materiam morbi elaborandam, et sptum reddere ad exitum, in senibus aut aliis maxime debilitatis subiectis, quando materiam arthriticam ad articulos pellendi, infirma natura valet, vel ad has jam propulsâ incongruis remediis retroacta fuit, tunc in visceribus nobilioribus dirissimas strages edit, ad caput pulsâ deliria lethargum, convulsiones, paralyses, apoplexiā, in collo anginas; in pectore tussim convulsivam, catarrhum suffocativam, in visceribus abdominalibus cardialgias, vomitus, colicam vehementissimam, viscerum inflammationes, nephritidem, dysuria excitat, post arthritidem retro gressam sanguinis nigri male olentis dejectionem, et omnem intestinorum tractum a ventriculo ad intestinum rectum usque inflammatione corruptum morgagni ¹⁾ vidit; subinde materia arthritica

¹⁾ lib. de cancl. et sed. morb. lib. 3. cap. 29. et sc. 10.

tica adeo acris existit, ut ligamenta corrodat,
et ossibus cariem inducat, ossis femoris ca-
put in frustula minutissima corrosum Stoer-
kius *m*) aliquoties deprehendit et simile ex-
emplum refert bonpetus *n*). Ad ultimum
notandum, affectus calculos saepissime ar-
thritidi se addere, et hanc ultimo hydropem
aut tabem lentam corpori inferre.

S. X.

Huc usque de causis, et signis arthriti-
dis; quaeritur nunc; quomodo medeatur;
melius autem est; antequam methodum me-
dendi exponam; de vario exitu naturae ali-
quid dicere, ut ab illa tanquam optima magi-
stra discamus; quomodo curetur. Etenim
morborum naturae medici; invenit natura ipsa
aggressiones non ex praemeditato partim ve-
luti est nictare, partim vero et ea, quae
lingua subministrat, et quaecunque alia hu-

jusmodi

m) ann. med. prim. pag. 95.

| *n*) sepulchr. annat. lib. IV, fest. VIII. off. X.
pag. 445.

jusmodi non edocta natura, et nullo magistro
usa, ea quibus opus est, facit o).

§. XI.

Est autem evacuatio materiae arthriti-
cae vario modo vel per sudorem, vel per
urinam, aut per abcessum, vel per alium
motum, per sudorem; iste sudor foedus,
acidusque est, intra eundem; maxime ubi
ille liberaliter fluere continuat, nonnunquam
pustulae miliares rubrae in tenera cute erum-
punt et illae, ut per aliquod tempus plenae
stetere latice exsiccantur, et insuperabile
scalpendi desiderium relinquunt; post deci-
duam cuticulam veluti furfur dimittunt,
magni cum levamine, vel per urinam, illa
incertis temporibus erumpit, et qui ita min-
git parum sudat, et qui sic sudat, non min-
git, magna enim analogia est sudorem inter
et urinam; non vero ambo simul esse pos-
sunt, sed alter alterum sequitur, modo in-
tercedit

•) Hippocrates.

tercedit, illa urina; quando dimittitur urethram urit, et est veluti serum lactis male confictum, et quando infrigescit; sedimentum deponit album laeve et aequale veluti ex raspatio sevo, aut per abcessum, et ille exitus inter omnes reliquos optimus est, et majorem spem promittit; quando maturus et ruptus est abcessus, diu apertus teneri debet; ut omnis illa materia per illum locum quorundam natura tendit; e corpore eliminatur.

§. XII.

Talem viam medici cum vidissent studebant arte sua naturam imitari, medicus enim, uti Celsus jam dixit; minister naturae est; debet ea removere, quae naturae obviae sunt, et quasi illi arma praebere ad dimicandum cum ipso morbo, huic scopo expellendo dabant medici resolventia, diaphoretica, et per alias vias evacuantia pharmaca; inter quae radices, herbaeque resolventes, diaphoreticis diurticisque viribus praedita v. g. radix saprillae, chinæ, ponder. rub. tinctor. bardannæ, tarax, cichor; saponar, seneg., chama-

chamaepitryos; folia rhododend. chrysanthi;
sales alc. tam fixi quam volatiles; sapones
medicinal. antimonium tum in forma cruda;
tum ejus pharmaceutica praeparata; mili-
tanr; his gummi quajacum, extract. aconiti,
cicutae, ut pharmaca usu comprobata asso-
ciari poterunt, aquae minerales tam alcalinae,
quam martiales et salibus amaris fotae etiam
non minimam operam praefstant. Decocta
lignor: v. g. safafras, safaprill, cum surculo-
rum dulcamarae a foliis, floribus et baccis
purgatorum; et contusorum drachma una
vel duabus in aqua fontana libris duabus ad
dimidiā partis consumtionem, ut egre-
gium medicamentum in omni morbo articu-
lari. Piquotus p) expertus est, cuius de-
cocti dimidiā partem cum lactis cremore
destituti portione mane alteramque vespere
praeberi jubet; vertiginem aliquamdiu du-
rantem medicamentum hoc produxisse con-
fitetur, sed praeter vertiginem illam, quae

cito

p) Sammlung auserlesener Abhand. s. Band. 4.
Stück p. 167.

cito evanesceret, nulla signa suspiciora, etiam si largiori dosi illud exhibuisset, edisse afferit. De egregio effectu extracti cicutae in arthriticis doloribus Stoerkii ^{q)} a membre ^{r)} Quarini ^{s)} experimenta loquuntur. A parva dosi incipiendum, et pededentim ad largiorem progrediendum esse; imo duas vel tres drachmas sine ulla noxa per diem exhiberi posse, Stoerkius affirmat; cautione tamen opus esse a membre ^{t)} observationes probant; in nonnullis enim subiectis magnum calorem, tremores, vertiginem visusque obnubilationem produxerat. Extracti aconiti vires in morbo articulare Stoerk ^{u)} Andreae exper-

^{q)} Libelli secund. quo demonstrat. cicut. ex cas. IX. XXIX. XXX.

^{r)} Sammlung auserlesener Abh. etc. I. Band 2. Stück p. 124.

^{s)} Stoerkii libell. fec. p. 239.

^{t)} Sammlung auserl. Abhand. etc. I. Band 2. Stück p. 126.

^{u)} Beobachtungen über den sich gebr. des Eisenhütleins. Beob. I. II. X. XI.

experti sunt x): Extracti grana duo cum
sacchari albi drachm. duabus in pulverem
teri, hujusque pulveris ab initio mane ve-
sperique scrupulum semis, in progressu ter
quaterque per diem hanc dosin exhiberi, Stoer-
kius praecipit: Ex hujus et Andreae obser-
vationibus elucet, materiam per urinam,
sudorem, alvumque exterminari solere, in
senectute decrepita, malo admodum inve-
rato, illud incassum exhiberi, Andreae y) con-
tendit. Gummi quajacum ab Emerygon renova-
tum etiam bonum effectum in morbo articulari
producere dicitur, illius praeparatio in eo
consistit; quod gummi quajaci unc. duae cum
spiritus fermentatione et saccharo parati
(taffia) libris octa medicinalibus in vase be-
ne clauso et calore solari per sex et octo dies
digerantur, posteaque filtrantur. Singulo
mane cochlear unum pro dosi Emerygon su-
mete

x) Baldinger, Auszüge aus Dissertationen, I. Band
2. Stük p. 109.

y) I. et l. c.

mere praecipit. Litterae ejus, in quibus experimenta ejus felici successu coronata continentur; in Journal de medicine T. XLVII. p. 224. etc. contenta sunt; sed ob qualitatem aestuantem non omnibus subiectis, v.g. illis, qui vitium in pulmonibus habent; hoc dari non potest, melius est ergo juxta exemplum Rigleri gummi quajacum vitello ovorum subigere v.g. sumamus sal. volatil. cor. cervi drachm. unam aceti vini unc. unam ut fiat perfecta saturatio, et eo citius penetrare possit; gummi quajaci vitell. ovorum. solut. drachm. unam, Extract. chamepitheos scrupul. duo aconiti gr. sex aquae fumar. unc. quatuor syrups. ejusdem drachm. duas, ab hac mixtura omni bi- vel trihorio duo cochlearia affumere jubet. Alii auxilium querunt in antimonio crudo dabant sc. antimonii crudis, mil. lepedumque aa gr. decem adjectis gran. quatuor camphorae, quorum tres portiones per diem praebent, unam mane, alteram ante prandium, tertiam vesperi. Purgantia saepius quoque egregium effectum in morbo articulare conducunt, ubi sc. magna putrida colluvies

colluvies in imo ventre est, quae eliminanda est, contingit enim subinde, morbum, purgatum post infimum ventrem omnino defistere, purgata alvo medicus attendere debet ad ea; quae secedunt; si laxa, et mucosa descendunt purgatio debet continuari, donec omni faburra eliminata, dolor in articulis desistit: alii suadebant semina paeoniae; et quidem tali modo primo die granum unum, et sic ascendunt cum uno grano de die in diem; alii ex his emulsionem faciunt, sed est nil aliud quam sudoriferum aliquod aliud adhuc remedium; et quidem specificum super est. Rhododendron chrysanthum sic dictum, characterem specificum hanc statuit ill. Koelpin z) Rhododendron chrysanthum foliis nitidis ovato lanceolatis venosissimis margine reflexo, floribus subumbellatis. Hoc medicamentum, si recte adhibetur (uti ill. Koelpin scriptit; et ill. Strak in multis aegris et in se ipso aesta-

te

z) Praktische Bemerkungen über den Gebrauch der sibischen Schnerose, Berlin und Stetin.

te praeterita expertus est) arthritidi radicale
liter medetur. Quando autem materiam ar-
thriticam aggrediatur omnes illos dolores,
et omnes illas larvas; quas olim assumit,
resuscitat, easdem quoque crises; quae na-
turae beneficio contingere solent; idem re-
medium facit; neque vomitus; neque stu-
por (quando bene usurpatur) ejus usum
concomitantur; quae profuere ob re-
ctum usum; quae nocuere ob id quod non
recte usurpata sunt, nocuere. Hippocrates
a) pellit vero morbum tantum, qui est ar-
thritis, non vero aliud cum eo complicatum.
Methodus autem, qua adhibetur sequens est,
fumantur st. et sol. Rhododendr. chrysanthe
drachm. duea; inf. aquae fontanae unc. no-
vem, stet per viginti quatuor horas in di-
gestione in vase bene obturato ad ebullitio-
nem usque ad residuum unc. octo. col. ab
hoc infuso aegri tres portiones per diem pro
qualibet dosi unc. dimid. assumant, infosum
hoc nauseosum, et amarum est tam calore;

quam

a) de arte no. 7.

quam sapore illi rhabarb. simillimum; hinc pededentim illi assuesci debent, antequam vero infusum hoc praebetur, lene aliquod purgans praeberi debet, ut saburra, si forsitan est in imo ventre, eliminetur, ne impedit medicamenti hujus actionem, purgata alvo; altero die post offertur infusum supra dictum, et quidem tali ratione, primo et secundo die unc. dimidia ter tantum de die; mane; ante prandium et vesperi ante coenam, sic facilius sanguini admisceri possit, et natura pededentim illi assuescat; tertio ac quarto die unc. una; quinto, et sexto unc. et dimidia, septimo, et octavo unc. duae, et sic imposterum continuetur; donec aeger tres uncias assumerat; ut vero mensura rite dirigatur; juvat scyphum vitreum diamante incidere, et in eo uncia, et semi uncias notare. Decimo die post ejus usum; dolores in partibus olim affectis valde intendi, deinde sudorem uti linteum aquae intinctum olens; a quo cutis quasi aco pungitur, liberiliter erumpere; urinam quoque stranguriosam saepe turbidam; saepe cum sedimento

albo

albo laevi et aequali aegros mingere; partim
in multis aliis aegris; partim in se ipso aequa-
te praeterita; ill. Strak observavit: crissibus
his factis vires aegri pededentim restauran-
tur, et aegrorum fiducia increscit. Hac ra-
tione intra octo decem dies salus aegrorum
incipit iterum increscere, edendi enim desi-
derium accipiunt; et collapsae vires resti-
tuuntur, in corpore vero senili aut debilita-
to diutius durat, non autem recedivus fit
morbis, uti ill. Strak ab anno 1782. (quo
arthriticis medicamentum hoc praebere in-
cepit) hucusque observavit. — Pauca ad-
huc de usu opii in arthritide. Saepissime;
quando dolores in morbo quaedam intendun-
tur; medico levare incumbit; sic in morbo
articulati dolores nimis exacerbantes topicis
relaxantibus cataplasmatibus ex mucilagineis
additis narcoticis, et opio paroissima manu
interne exhibito, mitigandos esse credunt,
usum vero opiatorum Juxkerus, Sydenha-
mius, Pringelius, et multi alii Authores
disfudant, quoniam operationes naturam
impediant, fixiorem ergo materiam reddant,
nодis

nodis contracturisque soveant; ab opio in arthritide justo longius interne exhibito febrim hecticam et mortem lethargo subsequentem Hoffmannus b) vidit. — Et talia nunc sunt diversa medicamenta; quae in morbo articulari juvare dicuntur; cum vero eorum multa non mala suspicione careant; consultum semper erit magna cautione illa administrare, et non prius illa exhibere; quam alia minus suspiciofa in usum vocata fuere; Medici autem erit aliis incassum exhibitis, horum vires exprobare. Quis vero dubitet? inter alios morbos medicamenta tam saepe respuentia, arthritidem praecipue inveteratam non primum locum tenere, casusque minus raros esse, ubi ad talia remedia medico confugendum est.

§. XIII.

Sub praedictorum medicamentorum §.
XII. vel singulorum, vel in combinatione,
admi-

b) Sammlung auserles. casuum p. 576.

administratione, id quod in lubitu medici-
sum, materiae arthriticae exterminatio to-
picis quoque encheyresibus adjuvatur, qua-
rum aliae materiam per sudorem eliciendi;
aliae eam vel cum sanguine vel sero, aut
pure evacuandi gratia instituuntur. In pri-
marum censum frictiones pannis laneis sae-
pius reiterandae, nisi doloris vehementia il-
lud veter; balnea tepida, et peculiaris ab
Unzero c) et Tiffoto d) commendata en-
cheyresis veniunt, partem sc. dolentem pan-
no linteo probe cerato, et sic quidem invol-
vi jubent, ut levis ejus superficies partem
dolentem respiciat, sic materiam transpirabi-
lem, cui exitus per pannum ceratum dene-
gatur, sub vaporis forma colligi, partem re-
laxare sudoris copiam elicere prohibent. Do-
loris momentaneam remissionem, durabilem-
que Unzerus e) expertus est; balnea tepida
bonum

c) Arzt. 220. Stück pag. 24.

d) Anleitung für den gemeinen Mann pag. 186.

e) f. 1. c.

bonum quoque in morbo articulati et quidem egregium effectum producunt, quibus aegri bis per diem uti possunt, et quando vires permittunt; in his per horam integrum permanere possunt, in fine aliqua portio aquae calidioris adjici potest, dein cubitum eat aeger et scyphum potus thee vel aquae tepidae aut lactis bibat non quidem, ut sudeat, sed ut ille sudor per balnea excitatus ad superficiem corporis retineatur; quo pluribus autem aegri utuntur eo melius est, per squam enim calidam; quae per poros cutaneos in massam sanguinis intrat, sanguis diluitur et apta materia redditur ad exitum. Post plura balnea ill. Strak f) in multis aegris, et quidem in uno eodemque aegro per decem annos observavit, febrim aliquam ori- ri levi aliquo horrore incipientem, quem magnus calor per unum aut duos dies continua sequitur, intra istum calorem alii subdeliro agitantur, postea sudorem largum erumpere; qui cum levamine fluere

con-

f) observat. medicinal. de colica pittonum. p. 76.

continuabat; initio talis sudor olens erat, post omnem foetorem ammittit, et ut erumpit, homini corporis vires agilitatemque reddit, edendi desiderium restituit; talis febris nihil aliud est; quam perturbatio critica, et iste sudor est evacuatio materiae arthriticae seu crisis; et hinc bene Hippocrates dixit; omnibus morbis unum eundemque modum esse, i. e. morbi chronicus non minus, quam acuti judicantur. Ad secundum applicatio eucubitalium, ad tertias vesicatoria, urticationes, ranunculi, flamulae impositio, setacea, fonticuli et inustiones pertinent. Vesicantia in illo casu, ubi tumor non valde magnus, et ubi dolor in uno loco fixus est majori utilitate adhibentur ac in illis, ubi partes affectae valde tumefactae sunt. Ranunculum conquaillatum articulorum dolores, epidermitem in vesiculos elevando dissipasse, imo in pertinacissimo malo admodum salutarem effectum edidisse Stoerkius ^{g)} affirmat.

Tanta

^{g)} ann. med. fec. p. 123.

Tanta erat Bagliyi *h)* fiducia in illum, ut
aliis remediis incasum adhibitis, tunc illum
primum adhiberet. — In malo Ischiatrico
ob materiae altorem sedem, fetaceum sive
fonticulum femori inferendum Meadius *i)*
et Tissotus *k)* commendant. Inustiones jam
Hippocrates, Celsus, Galenus, aliquae ve-
teres Authores instituere, et quidem lino
crudo; alii moxa, alii bombace eas procu-
rarunt. Plura, quomodo parentur, lectu-
rus Unzerum et alios Authores; evolvat. —
Quod Diaetam attinet, illa ex cibis Eupe-
tis et Euchylis constet, illis; quorum soli-
dae et primae viae robore adhuc pollent
Diaeta lactea, et ex meris vegetabilibus con-
stans; conveniet; etiam aliquam portionem
carnis vitulinae vel gallinaceae; quando ae-
ger esuriens est; comedere et vinum in mi-
mina dosi post prandium bibere potest; de-
bilibus

h) oper. omn. p. p. m. 113.

i) mon. et praecc. med. p. 131.

k) lib. cit. p. 187.

bilibus vero, hypochondriacisque minime commendanda erit, sed variis remediis robur addendum primarium negotium medi ci est.

§. XIV.

Restat adhuc, ut de materiae retrogressu egamus, potest enim illa materia alium aliumque morbum mirari, prout pars corporis, in quam se se conjicit, diversa est; qui valde difficile cognitu est, nisi sit medicus exercitatus, qui signa minima arthritidis bene cognita habet; aut aeger jam antea vaga laboraverit arthritide. Sic quandoque caput occupat, et Cephalalgiam producit, ubi aeger diu noctuque magno dolore vexantur; magnus Calor adest; propter quem valde delirant, illud delirium interdum in furorem erumpit ita, ut in lecto permanere non possint, sed extra eundem transfigere cogantur. Subinde omnium sensuum intensio ita, ut nec lucem vividorum ferre, ne minimam saepe, nec vocem, nec gressum hominis audire possunt; raro cognoscatur morbus

bus nisi aeger jam antea laboraverit arthritide, ut factus sit recursus ab artibus ad caput. Plerumque si morbus recens; pro inflammatione cerebri habeatur; et remediis antiphlogisticis tractatur. Subinde occiput solum; interdum et frons occupatur: nonnunquam alterutrum latus capitidis afficitur; quod bis per annum fieri suevit dolore vivissimo; quem in cubiculo melius ferrunt aegri. Quibusdam nullus dolor sed pro dolore vertigo accedit; quam originis arthriticae esse ex eo colligi potest, quod aeger antea in artibus dolores passus, et vertigo consecuta sit.

Quandoque oculos adgreditur materia; et varii oculorum morbi inde oriuntur: sic ophthalmia chronica, lipitudines etc. dolent veluti ab insperso vitriolo: subin de plenitudine, de ardore, de siccitate alias; subin continuis lacrymarum imbris, de albugineae vasibus varicosis rubris conquerantur. Ea vero omnia esse a materia arthritica, docent constitutio vel praefens, vel praeteritus ar-

C

tuum

tuum dolor. Visae sunt amauoses a metastaſi materiae arthriticae in uno repente ſanatae, in alio ſerius.

Sunt, qui toto anno corryza laborant; his ſubinde tempora calidiora medentur vel ex parte, vel ex toto: alii ſub autumni tempore, hyeme, aut vere ea multantur, ut morbus ſinchronus eat tempori auſtrino, pluvioso; coryzam hanc arthriticam eſſe ex iisdem demonstratur.

Saepe quoque Asthma mentitur, hoc multis vicibus omnium frequentissimum eſt; **Asthma** hoc ut plurimum chronicum temporibus hyemalibus gravius adgreditur aegros. Omni anno quandoque bis redit verno autumnalique tempore, reliquum bene transigitur. Decurſus morbi docet eſſe a materia arthritica. Subinde ſpeciem Asthma-tis convulſivi refert; ſolent e lecto exſilire; ad fenefras properant apertas, ut ſuffocatio-nem avertant: fit hoc ſub ſomni vario tem-pore: mox incipient stranguli; levigere, ſpumas

spumas agere, tandem mentis impotes fieri,
pulsus antea plenus, nunc parvus et micans
fit. Altero die adest aliqua laesitudo pecto-
ris oppressio, et respirandi incommoda.
Nonnunquam est continuum, diurnum
subin, ut existimemus esse larvatam inter-
mittentem.

Quandoque exhibet omnia symptomata
hydrothoracis, praecipue si aeger antea val-
de debilis est; et crura tumeant, sunt anhe-
losi aegri, si se movent, in quiete vero
libere respirant, oculi prominent, tussim
ficcac habent veluti Asthmatici, sed per omne
tempus durat, pulsus parvus, subin inaequa-
lis, brachia stantes supra caput diu retinere
nequeunt, sed statim illa anheli retrahunt;
non possunt in utroque latere jacere, extre-
mas habent anxietates, dum se strangulari
credunt; secto cadavere ne guttula quidem
aquaee in thorace reperta est. Subin paro-
xysmi redeunt omni nocte, aut nocte alterna-
na, ut putemus esse intermittentem, cognos-
citur

scitur autem esse arthritidem larvatam ex signis illis minimis supra dictis.

In hysteriacis et hypochondriacis symptomatis plerumque nervos accusare solemus; sed saepe est a materia arthritica, immo et faucium constrictio globus hystericus dictus saepe inde venit; neque enim sola irritabilitas Causa hujus mali est; videmus enim non raro hanc faucium, oesophagique constrictionem in iis, qui antea non hysteria, sed arthritide laborarunt. Notus quoque est morbus struma arthritica. Haec excrecentia carnis quandoque evadit in molem ingentem sine ullo dolore. Effectus ut plurimum materiae arthriticae. Non nunquam praecedit dolor arthriticus, qui diutius affligens evanescit suberto tumore.

Non rari sunt; qui magnam copiam fanguinis expuunt, sine vitio connato aut acquisito, sine minimis signis phthisis pulmonalem praefagientibus; crux ejactus non floridus, neque spumans, sed obsolete ru-

ber;

ber; neque febris, neque tussis adeat. Hinc nihil incommodi inde metuendum est juxta sententiam hyppocraticam. Si spuma cruenta non febrilia; omni periculo carent. Subinde arthritis modo praecessit, et illa tacente secutum est sanguinis sputum, subinde concomitatur aut subsequitur.

Nonnunquam imum ventrem invadit; functionem ventriculi per longum tempus turbat; alii flatuosam ventriculi conditio- nem, alii cardialgiam inani, et repleto ventriculo accusant. Materia arthritica tunc, nisi vires ventriculi emeticis purgantibus in- fringantur, serius forte ad artus deponitur. Magna et ampla familia Colicarum est; in ini- tio valde difficile cognitu est; unde ille dolor proveniat; cognoscitur autem per signa Co- liciae propria, quae sunt hypochondria intus retracta, stercora veluti stercora capra- rum, respiratio laboriosa est, pulsus parvus, et frequens est, somnum non capiunt; ap- petitum non habent: reliqua signa ill. Strak- falius exposuit in opere suo praestantissimo

de

de Colica pictonum ob materiam arthriticam,

Haemorrhagia uteri aliud est schema
seu catamenia protracta in octavam duodecimam,
quintam et decimam diem. Saepissime
illud arthriticum est, ex que eo constat,
quod antea fuerit dolor in artibus, nunc
vero deseruit artus, et repente parte nobiliore
reperta, locum ibidem fixerit; paucissimi
dies sunt saepe interpositi in quibus
cessat; revertitur iterum haemorrhagia: ven-
triculi pondas sentiunt aegrae, alius sit tor-
mentosa cruenta, ex dolore repente in artu-
bus silente, atque hoc deposito.

Alius morbus sub arthritide saepe de-
litescens; qui se dolore in regione renali pro-
dit, ductum sequitur ureterum. Validissi-
mum aegri sentiunt dolorem inter mingendum;
urina guttatum fluit, adest Micturitio
stranguria, atque diu ejusmodi dolores pro
calculosis habentur; facta vero exploratione
constitit, calculum non adest, migrat hic

dolor

dolor ad partes externas, internas alias ad articulos pedes etc. cum levamine vesicae ac renum affectionum, ac rursus dolore in artibus silente, reviviscait in renibus, et reliquo systemate uropoietico; hincque a materia arthritica provenire morbum, luculenter apparet; licet verissimum sit, saepissime quoque calculos junctos esse, hincque ad partes, quibus calculus inhaeret, atque adeo debiliores materia arthritica deposita sit.

In aliis pro vermis habetur, ubi scilicet materia ad interiora deponitur ad intestina, potissimum arthritide instante. Molestissimi reptatus per ventrem, et ad guttur usque, ut putent aegri se experiri reptantes vermes; repentina animi deliquia patiuntur, mutant repente colorem, miraque symptomata vertiginosa, totumque apparatum praesentiae vermium faventium, symptomatum. Atque hi sunt varii et diversissimi materiae arthriticae lusus.

Die Freude der Freuden ist ein
der Freude Freude und Freude ist eine
Freude die Freude ist eine Freude
ist die Freude die Freude ist eine
Freude die Freude ist eine Freude
Freude die Freude ist eine Freude
die Freude die Freude ist eine Freude
die Freude die Freude ist eine Freude

In die Freude und Freude ist eine
die Freude und Freude ist eine

Vd 18

ULB Halle
003 340 368

3



B.I.G.

Black

8	
7	
6	
5	
4	
3	
2	
1	
1	Centimetres
2	
3	
4	
5	
6	
7	
8	
9	
10	
11	
12	
13	
14	
15	
16	
17	
18	
19	
Inches	

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color

II,
DISSERTATIO 2.
INAUGURALIS MEDICA
DE 1788 4/
ARTHRITIDE.

QUAM
CONSENSU ORDINIS MEDICORUM
MOGUNTINORUM

PRO
OBTINENDIS SUMMIS IN MEDICINA
HONORIBUS
DIE . MAJI MDCCCLXXXVIII.
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBJECIT
A U · H O R
JOSEPHUS HAMBURG,
JUDAeus, MOGONUS.

M O G U N T I A E ,
Ex Typograph. Elect. Aul. Acad. privil. apud
JOAN. JOS. ALEF, Hered. HAEFFNER.

